7. Martii 1387.

Cum a quadam Sententia per generales Magistros monetarum nostrarum Confirmatio cujusdam Sententiæ monetariorum ad utilitatem Joannis Bernage et Ludovici Torini defensorum et contra Michaelem Torini actorem ratione petitionis certarum expensarum et missiarum in prosecutione cujusdam Causæ in nostra Parlamenti Curia ventilatæ inter Joannem et Droconem

Rigilles Michaelem et Joannem Thorini,
Et non nullos alios monetarios Juramenti
Franciæ commorantes in Villis
Temporalitatis Episcopatus Meldensis
Contra Episcopum Meldensem
factarum, quarum mediam partem
dictus Demaye solvere promiserat
Dicto Actori qui dictam Causam
usque ad finem rexerat ac Etiam
Expensas integraliter in eadem factas
solverat, nec non Certæ promissionis
dicto actori per dictum Ludovicum
de solvendo et Contribuendo in dicta
Causa cum aliis secundum suas
facultates factæ latæ per quam
dictos deffensores ab impetitione
dicti Actoris absolverat, ac eundem
in Expensis Condamnaverat fuisset
per dictum Actorem ad d. nostram
Parlamenti Curiam appellatam.
Auditis igitur partibus antedictis
in nostra Parlamenti Curia in causa

Appellationis prædictæ, procederunt que utrum bene vel male fuisset appellatum ad Judicandum recepto, Eo Viso et Diligenter Examinato per Judicium Dictæ Curiæ nostræ dictum fuit Dictos Generales Magistros bene Judicasse Et confirmasse, et Dictum Actorem male appellasse, et emendabit Appellans ipsum in Expensis hujus Causæ Appellationis condemnando Earumdem Expensarum Taxatione Dictæ Curiæ nostræ reservata Pronunciatum Xa. Die Martii Anno Octuagesimo Septimo Corson Corbie, Mons. St. Eloy./